

294.

nullus fructus sit bonorum operum; non enim xx inuenit. sed si xx. reposuerit inuenit x; id est mediā partem laboris sui; Iudæi. & hinc. & philosophi huius sæculi. ceteriq; qui sapientiā iactant in præsentia tantū tēpore conuersationis suę. & laboris fructum & gloriā capiunt. omnisq; spes eorum & merces futuri sæculi tollitur; hoc autē ideo fit. ne penitus desperantes. contemnunt penitentiam. sed aliquando conuersi. ponant lapidem super lapidem. & edificent templū dñi; Qd si in incredulitate permanserint. id ipsum medium qd uidebantur habere perdent; Sequitur enī; Percussit uos uentus urentis. & erugine & grandine omnia opera manuum uestrarum; Quic qd aut erugine & grandine & uentus urentis percutitur. In puluere redigitur & fauilla. nihilq; in eo qd ad utilitatē & usum præstat inuenit; Quis quidem cuncta fecit dñs. quia non ē inuentus in eis qui reuertentur ad eum; Qd si reuersi fuerint. & edificauerint templū dñi. ad die qua edificare ceperint. habebunt que sermo prophete sub textu;

hb  
**P**onite corda uestra ex die ista & in futurum. ad die uicesima & quarta noni mensis. ad die qua fundamenta iacta sunt templi dñi; Ponite super uestra; num qd iam semen in germine ē. & adhuc uita ac ficus & malogranatum. & lignum oliuę nō floruit;